

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Anchora.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A cum corona irradiata, inscriptio : ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΤ ΣΙΔΩΝΙΩΝ. Ita demum Phœnices inventæ navigationis laudem asciscunt sibi.

VICTORIA NAVALIS. CAP. XI.

IN Agrippa numis navis illa tridental rostro insignis, qualem scilicet Maro saepe describit, dum Agrippa. Non uno loco ait, rostris, tridentibus, partam ab eo victoriam indicat maritimo prælio, quod ad. ^{numus.} versus Sex. Pompejum commisit, id quod Maro in Augusti gratiam ita immortalitati commenda- En. l. 6.

Parte alia ventis, & Ditis Agrippa secundis
Arduus agmen agens, cui belli insigne superbum
Tempora navali fulgent rostrata corona.

Aliquot in monumentis videoe & Varronis insignia navalia, qui Propratore sub Pompejo Piratico bello militavit, à quo, ob res bene gestas navalii corona donatus est.

DE ANCHORA. CAP. XII.

Hieroglyphicum anchoræ non Ægyptiorum tantum est, sed à Græcis & Romanis Principibus usurpatum, ut minime importunum sit rem à plerisque tractatam repetere: ut quæ sectamur si- gnificata, loco suo manifestentur.

MATURANDUM. CAP. XIII.

Circumvolutus anchoræ Delphinus, quod signum in aliquot Titi Vespasiani numis observavimus, maturandum, ut Latini una locu-
tione dixerunt, omnino significat. Sed quoniam rei caufam in Delphi-
no satis explicuimus, & res jam ex nostro lippis & tonsoribus inno-
tuit, plura super eo dicere superseedebimus. Id pro pictura animadvertisendum est, anchoram, cujusmodi figuram Aldus noster imitatus est in omnibus, quos impressit libris. Alia vero forma esse, dentibus quippe in acu-
cum recto ductu mucronatis, quam in numo veteri apud eruditissimum virum Romulum Amase-
um vidimus.

TUTELA, REFUGIUMQUE. CAP. XIV.

Hominem, qui rebus suis tutelam presidiumve paraverit opportunum, per navem & anchoram significabant. Quod si sola anchora manu prætenta figuraretur, refugium indica-
bat, quasi vellet innuere pictura hæc si adversa ingruerit tem-
pestas, resque nostræ fluctuare cœperint, paratum esse pro-
fugium, ut possimus ita servari. Estque dicterium apud Græ-
cos in hac sententiam celebre, quo Demosthenes uititur ora-
tione pro Ctesiphonte. Et Propertius eruditio elegiacæ colu-
men ad hoc innuens ait: *Anchora jacta mibi.* Idem sermo
apud Paulum rei nullius ignarum, epistola ad Hebræos, capit.
6. Qui confugimus, ut pœm propositam teneremus, quam veluti
anchoram habemus anima cum turam, tum firmam. Et Chryso-
stomus, de supremo firmoque profugio, concione in Laz-
arum 1111. hæc ait: *Sunt divina sapientia opera, bac maxima illius prudentie sunt argumenta. Conscien-
tia increpatio sacra est anchora, quæ nos nequaquam finit in peccatorum profundum absorberi.*

STABILIMENTUM. CAP. XV.

Quod si firmitatem, ac immobile stabilitum rei cuiuspiam significare vellent, anchoras duas appingebant: similitudine sumpta à navibus, quæ tunc

Ventorum temnunt rabiem fluctusque sonantes,
cum duabus anchoris innituntur. Qua similitudine uitur Aristides Panathenaicus. Sedenim Pinda-

CCCC 2

TUS

*It. & OB.
Augusti ex
A. Gellio li-
bro 10. c. 11.
Nec Att.*



*Nimirum
Où ḥ̄ dū
ōquēs τοῖς
πολλοῖς
ubi Suidas
subaudit
anchorum,
ut sisserfici.
Non eadem
anchoru u-
situr, que
Gulgus.*